Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310471-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310471-p0002-3

9

1786, 3 3

P. 395

DE

# EXPECTATIVIS FEVDALIBVS

IN

# TERRIS BRVNSVICO-LVNEBVRGICIS.

PROLVSIO ACADEMICA

QVA

LECTIONES PER HOC SEMESTRE AESTIVVM

A SE HABENDAS

INDICIT

D. THEODORVS HAGEMANN

PROF. IVR. IN ACADEMIA HELMSTADIENSI.

HELMSTADII

EX OFFICINA M. G. LEVCKART.

KOENFRIED UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310471-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310471-p0004-4

# DE EXPECTATIVIS FEVDALIBVS IN TERRIS BRVNSVICO-LVNEBVRGICIS PROLVSIO ACADEMICA.

---

§. I.

Quod officii mei ratio poſtulare videbatur, vt Vos, COMMILITONES HONORATISSIMI, ad acroaſes meas, per hoc ſemeſtre aeſtiuum habendas, quam humaniſſime inuitarem, ei nunc quidem optime me ſatisfacturum eſſe ſperaui, ſi praelectionibus indicendis diſputatiunculam, de quaeſtione ex iure patrio petita, praemitterem. Cum vero ea inprimis iuriſprudentiae pars, quae ad feuda Brunſuicenſia ſpectat, iam dudum mihi in deliciis fuerit, adeo, vt in ea addiſcenda et explicanda operam meam qualemcunque ſaepius collocarem; proluſionis huius argumentum conſtitui, doctrinam *de expectatiuis in feudis prouincialibus Brunſuicenſibus*, quam quidem ab aliis ſcriptoribus, haud parum de dilucidando iure patrio meritis, paſſim expoſitam vidi [1]), vix tamen ita ex-



1) HEN. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG in diſp. de feudis Brunſuicenſ. §. 20. GE. DAV. STRVBEN *Rechtl. Bedenck.* Reſp. 115 et 116. DE SELCHOW *Anfangsgründe des Braunſchw. Luneburg. Privat-Rechtes* §. 572. PVFENDORFF. obſ. iur. vniuerſ. T. 4. obſ. 221.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310471-p0005-9

hauſtam aut ad liquidum perductam, vt noua eius pertractatio plane inutilis haberi poſſit. Ceterum nolim a me expectari fuſam de expectatiuis diſputationem; vetant enim cum temporis anguſtia, tum huius libellorum generis fines, quo minus in eam deſcendam.

§. II.

In terris Brunſuico-Luneburgicis extraneos, id eſt omnes a primo adquirente feudi non deſcendentes, ſine ſpeciali conceſſione iuris, ad ſucceſſionem feudalem peruenire non poſſe, conſtat [2]). Hanc autem ſibi comparare poſſunt 1) per expectatiuas 2) per inueſtituras ſimultaneas et euentuales [3]).

§. III.

Expectatiua autem, pro iure ſumta, eſt ius, ad feudum adquirendum, a domino in caſum, ſi id ipſi fuerit apertum, alteri conceſſum [4]). Diuiſiones expectantiarum variae ſunt, ex quibus ſolummodo praecipuas in medium proferre lubet. Diſpertitur expectatiua 1) ratione obiecti in *generalem* et *ſpecialem*, quarum illa datur in beneficium ex pluribus primum vacaturum [5]); haec autem in feudum determinatum. A modo,

2) Perill. BOEHMER in iure feud. §. 165. PVFENDORFF obſ. Iur. vniuerſ. T. II. obſ. 56. SENCKENBERG de feudis Brunſuic. §. 29 et 30.

3) IO. AVG. HELLFELD ſiue Reſp. IAC. RAVE de ſimultanea inueſtitura, inprimis in terris Brunſuico-Luneburg. Ienae 1761.

4) BOEHMER in tr. de expectat. et inueſt. cap. I. §. 6.

5) Talem expectatiuam generalem in terris Hanoueranis plerumque nacti ſunt S. M. B. adminiſtratores ſtatus intimi. Expectatiuam generalem Friderici Vlrici Duc. Brunſuic. in omnia bona per ius Hagenſtolziatus tempore ſui regiminis ſibi deuoluenda datam,

do, quo feudum vacaturum eſt, diuiditur 2) in *determinatam* et *indeterminatam*. Illa eſt, quando ſingularis aperturae ſpecies exprimitur [6]; haec vero, quando expectiuatus ad certum aperturae euentum non ligatur [7]. Denique expectatiua diſtribuitur 3) in *ſimplicem* et *qualificatam*. Simplex ſiue nuda dicitur cui non acceſſit inueſtitura euentualis, et quae mera pactione nititur; qualificata autem, cui acceſſit inueſtitura euentualis, et formula: *ein Geding, ein Angefäll lehnen*, exprimitur [8]. Reliquas expectatiuarum diuiſiones praeterimus.

## §. IIII.

Optimis Guelphorum Principibus ſemper curae cordique fuit, vt milites, qui ſanguinem pro republica profudiſſent, aut miniſtros, qui in officio Principis conſenuiſſent, praemiis adficerent, eorumque loco in remunerationem officiorum bene praeſtitorum prae ceteris [9] ſemper expectatiuas concederent. Quapropter quoque in receſſu d. d. 10 Iul. 1646. §. 23. Chriſtianus Ludouicus et Wilhelmus Georgius Duc. Brunſuic. edixerunt: *die adliche auch burgerliche und Bauern Lehne, gräfliche Lehne*



tam, exhibet KRESS in addit. ad diſp. de iure Hagenſtolziatus, (Helmſt. 1727.) p. 130.

[6]) v. c. Si dominus directus expectatiuam concedit ea lege, ſi feudum vel per mortem, vel per feloniam ad ſe redeat. Pleniſſimam formulam talis expectatiuae generalis determinatae recitat LVNIG in corp. iur. feud. T. III. p. 677.

[7]) BOEHMER in tr. de expect. et inueſt. cap. I. §. 20 ſeq.

[8]) BOEHMER in iure feud. §. 174.

[9]) Exteri poſtponuntur indigenis in terris Brunſuico-Luneburgicis in conferendis feudis mere beneficiatis et caducis *heimgefallenen Leen*, et ſic per conſequens etiam in concedendis expectatiuis. Cf. Receſſus Gandersh. d. a. 1601. art. 41. LEYSER de feudis Brunſuic. Cap. II. ſect. I. SCHEIDT in notis ad MOSERI *Braunſchweig-Lüneburgiſches Staats-Recht*. §. 112.

*Lehne allein ausgeſchloſſen, zu keinen Tafelgütern zu machen, ſondern wohlverdiente Leute damit zu belehnen* [10]). Et quamuis per pactum celſiſſimae familiae d. a. 1441. alienationibus in Auguſta Domo Brunſuico-Luneburgica modus ſit praeſcriptus; nihilo tamen ſecius Principibus libera facultas expectatiuas concedendi, relicta cenſetur: *Doch ſo mag unſer ein iglich in Godes Ehre geven, eigen, freyen, edder ſinen Mann und Underſatten wandliche Gnade don mit Güdern, tho gevende und tho lehnende, alſe dat van unſen Oldern wente an uns komen is, wo id uns andern nicht verſatlicken tho Vorfang geſchehen* [11]). Quae verba non de conceſſione expectantiarum, ſed de reinfeudatione beneficiorum infeudari ab antiquo ſolitorum intelligenda accipiendaque eſſe, contendunt nonnulli [12]); at GE. DAV. STRVBEN [13]) docuit, haec pacti verba talem reſtrictionem reſpuere.

## §. V.

Expectatiuarum quoque cum generalium tum ſpecialium, ſimplicium et euentuali inueſtitura munitarum a Principibus Brunſuicenſibus conceſſarum ſat ſatis exempla occurrunt, ex quorum numero nonnulla illuſtrationis cauſa proferam. Albertus Dux Brunſuicenſis anno 1479. Henningio a Steinberg expectatiuam dedit in feuda Doerntiorum, quod exemplum adducit STRVBEN [14]) verbis ſequentibus: *In alle Mate ſo de Hermen van Doernten Söhne gebrucken, unde von uns gedachten Furſten*

10) Extat Receſſus in RETHMEIERI *Braunſchw. Lüneb. Chronic.* p. 2676. adde SCHEIDT l. c.

11) Apud STVCK Conſ. 26. n. 191 et 192.

12) KLOCK de aerario, Lib. II. c. 40. n. 134. KOCH de expectatiu. et inueſt. euent. p. 58.

13) *Rechtliche Bedenken*, Tom. I. reſp. 116.

14) *Rechtliche Bedenken*, P. I. reſp. 115. p. 272.

*Furſten, unde von unſern Voreltern zehliger tho Lehne hebben — Duſſer vorgeſchrevenen Guder ſcale unde mag de genannte Henning unde ſine Mann Lives-Erben alle nah Dode Hermes van Doernten unde Hanſen ſines Sohnes nah Lehnrechts Gebare brucken, edder de einen andern tho verlehnenden — Unde wie oben beſchrevene Fürſt willen des genannten Gudere unſern Manne und getrewen Henninge von Steinberge unde ſinen Mann-Lieves-Erben tho öhren Rechten der Lehnwaare daran rechte bekennige Herr und Wäre weſen.* Apud eumdem inuenio aliud exemplum litterarum expectatiuarum eidem Henningio a Steinberg a. 1495. in feuda Ioannis a Steinberg conceſſarum: *Wörd Sacke dat Gott de Allmächtige ſo denn verſögte, dat de genannte Hans Dodes halwen unde ſine Mann-Lives-Erben itzund an Levende unde noch möchten werden, afgingen, dat Gott friſte nah ſinen Willen, ſo denn derſulven Linie Lieves naturlicke Ervetheils nicht einfolgten, unde der nein mer en wäre, denne unde nicht ehe ſo ſchall unde mag ſich Henning edder ſine Mann-Lieves-Erben düſſe Lehnwaare gebrucken alle ſo Lehnrechts unde vorbeworth iſt, unde wie obbenannte Furſt, edder unſere Erwen willen den Henning edder ſinen Mann-Lieves-Erben itzund dieſes Gedinges unde voort der Lehnwaare wie vorgedacht rechte bekennige Herr unde Wäre weſen* [15].

## §. VI.

Aliud exemplum conceſſae expectatiuae, cui pactum hypothecae, conſtituti poſſeſſorii, inueſtiturae euentualis, prohibitae alienationis, caſſationis dandorum in poſterum ſimilium diplomatum, cum libera facultate occupandi beneficium vacans, adiectum eſt, ex originali in lucem emittere placet. Integrae hae litterae expectatiuae, quibus Fridericus, Dux Brunſuic., Iacobo

[15] I. G. GONNE *von der Lehnsformel: Sein bekenniger und währender Herr ſeyn; in Conſ.* CARL FRID. ZEPERNICK *Sammlung auserleſener Abhandl. aus dem Lehnrechte,* T. I. pag. 83.

Iacobo Lampadio, iuris Doct. et conſiliario intimo, expectatiuam in feuda Burchardi Frieſen anno 1642. conceſſit, ita ſe habent:

*Von Gottes Gnaden Wir Friederich, Herzog zu Braunſchweig und Lüneburg, Poſtulirter Coadjutor des Stifts Ratzeburg, erwählter Domprobſt des Erzſtifts Bremen, thun kund und bekennen hiermit — Daſs der Veſte, Hochgelahrte unſer lieber getreuwer Iacobus Lampadius, der Rechten Doctor, für einem Hof- und geheimbten Rath auch Vizekanzlern mit allem getreuwen Fleiſs und beſonderer Erſprieslichkeit dienſt- und auſwärtig geweſen, auch ſolche ſeine Dienſte zu unſer Fürſtl. Hauſe Nutz und Beſtem ferner continuiren will und ſoll:*

*Als haben Wir demnach demſelben und ſeine dahlſteigende männliche Leibes-Erben mit des Erbarn unſers lieben getreuwen Burchard Frieſen in und um Nienburck belegenen* Sonder-Lehn, *ſo wohl deme, welches Heinrich von Bühren für dieſem gehabt, wie auch dem neuerkauften Klenckenhofe und allen deren Pertinenzien und Zubehör an Länderey, Wieſen, Weide, Gärten, und wie die ſonſten Namen haben mögen, und von uns und unſern Fürſtl. Hauſe es Burchard Frieſe bis jetzo abſonderlich recognoſcirt, und zu Lehn träget, oder noch recognoſciren und tragen wird, aus bewegenden Urſachen und wohlbedächtlich* beanwartet; *thun dieſes auch für unſere Erben und Nachkommen hiermit und kraft dieſes Briefes, alſo und dergeſtalt, daſs wenn ſich nach Gottes Willen begeben und zutragen würde, daſs ermeldeter Burchard Frieſe ohne männliche Leibes- und Lehns-Erben mit Tode abgehen, und uns, unſern Erben und Nachkommen alſo ernannte Lehnsſtücke eröfnet und heimfallen ſollten, daſs wir, unſere Erben und Nachkommen beſagtem Doctor Lampadium oder ſeine dahlſteigende männliche Leibes-Erben mit demſelben würklich belehnen und inveſtiren wollen. Ihme auch und ſeine männliche Leibes- und Lehns-*

*Lehns-Erben hiermit* eventualiter beliehen *auch Macht gegeben haben, alſolche Güter alsdenn* propria auctoritate zu ergreiffen und in Beſitz zu nehmen [16]). *Allermaſsen wir auch zur Verſicherung dieſer unſerer Fürſtlichen Verſchreibung angeregte Güter ihm D. Lampadio und ſeinen männlichen Leibes- und Lehns-Erben,* zu einem wahren und beſtändigen Unterpfande geſetzet und hiermit beſtermaſsen obligiret haben wollen. *Wir, unſere Erben und Nachkommen wollen auch* hinfüro keine andere Anwartung, conſens oder einig Geding, wie das Namen haben möchte, auf dieſe Lehnsgüter ertheilen, *ſondern im Fall dergleichen durch unebenen Bericht ausgebracht werden möchte, auch ſeine und ſeiner Mitverwandten ſchriftliche Bewilligung dabey nicht befunden würde, ſoll daſſelbe* nichtig *und* kraftlos, *ihme auch in alle wege unabbrüchig und unverbindlich ſeyn. Wie wir denn auch Ihme und ſeinen männlichen Leibes- und Lehns-Erben dieſe*

16) Libera poteſtas occupandi beneficium vacans, inter cautelas, vt aiunt, expectantis refertur. Cf. STRVV in element. iur. feud. (edit. Hellfeld.) §. 167. Simile exemplum exhibet LVNIG in Corp. iur. feud. T. I. p. 1162. vbi ita Ioſephus Imp.: *Wir geben auch darauf angeregtem A. H. Grafen von Rechtern und ſeinen männlichen Erben in abſteigender Linie unſere vollkommene Gewalt und Macht, zu jeder Zeit nach mehrgedachtem des Grafen von Wolffſtein tödtlichen Abgang ohne Verlaſſung männlicher Leibes-Lehns-Erben vorbegriffene Herrſchaften, Stücke, Schlöſſer und Güter mit allen ihren Rechten und Gerechtigkeiten ein, und Zubehörungen, ſo viel deſſelben von uns und dem Reiche zu Lehn gehet,* eigenes Gewalts ohne allermännigliche Verhinderung einzunehmen, *und damit als unſern und des Reichs Lehn zu handeln, zu thun und zu laſſen, als ob wir ihme die würkliche poſſeſſion ſelbſt oder durch andere unſere Befehlichhaber eingeräumt hätten.* Plenior, ſed vt hic adſcribatur, nimis longa eſt formula expectatiuae Henrici Iulii Duc. Brunſuic. in comitatum Hohenſteinenſem patri data, quam vid. *in der gründlichen Information wegen der Graffſchaft Hohenſtein und Reinſtein.* p. 62.

*dieſe Güter cum pacto conſtituti poſſeſſorii, kraft dieſes verſchrieben und eingeräumt haben wollen* [17]. *Alles getreuwlich und ſonder Gefährde. Urkundlich haben wir dieſen Anwartungs-Brief mit unſern Fürſtlichen Händen unterſchrieben und unſern Fürſtlichen Secret bekräftigen laſſen. So geſchehen auf unſerer Veſtung Zell d. 8. Nov. 1642.*

## §. VII.

Multum olim diſputatum eſt, et adhuc paſſim diſputari ſolet, num ſucceſſor expectatiuas ab anteceſſore datas praeſtare teneatur? Qua quidem in quaeſtione heres vniuerſalis a particulari diſcerni debet. Succeſſor enim vniuerſalis ad ſeruandas ab anteceſſore conceſſas expectatiuas omnino obligatur, niſi ſalus et vtilitas publica aliud exigat. Succeſſores vero ſingulares, in quorum cenſum veniunt, qui iure electionis vel ex iure primi acquirentis ſuccedunt, facta anteceſſoris praeſtare haud tenentur [18]. Hinc quoque Auguſtus Dux Brunſuic. reuocauit expectatiuas ab anteceſſoribus datas [19] per conſtitutionem ſpecialem anno 1637 emiſſam, dignam, quae hic adſcribatur:

*Von Gottes Gnaden Wir Auguſtus, Herzog zu Braunſchweig und Lüneburg, thun — unſern und unſers Fürſtenthums Braunſchw. und Wolfenbüttelſchen Theils an- und untergehörigen Vaſallen und Lehn- Leuten — hiermit zu wiſſen, daſs uns glaubwürdig*

17) Simile exemplum attulit VVLTEIVS, Conſil. Marburg. Vol. 6. Conſ. 46. n. 115.

18) STRVV in S. I. F. p. 338. Exceptiones, quando ſucceſſor ſingularis quoque ad expectatiuas, ab anteceſſore datas, praeſtandas obligatur, tradit STRVV in element. iur. feud. §. 152. adde Perill. GE. LVD. BOEHMER de obligatione ſucceſſoris ex expectatiua feudali anteceſſoris. Goetting. 1749.

19) Vid. KOCH de expectatiu. et inueſtit. euent. pag. 49.

*würdig vorkommen, was geſtalt hiebevor etliche* zuthätige *perſo-nen, bey Anmerkung, wenn die Anzahl eines oder andern Geſchlechts, ſo gewiſſe Lehn-Güter von unſerm Fürſtenthum Braunſchweig recognoſciren und zu Lehn tragen, gar gering geworden, und der natürlichen Anzeige nach ſich zur caducität geneiget, bis dahin ſolche Fälle nicht erwarten können, ſondern ſich zu dergleichen Lehn-Leuten, unangeſehen deren eines Theils noch minderjährig geweſen, eines Theils auch nichts darum gewuſt, bisweilen auch durch andere Wege dazu induciret, gefunden, und ſich in eine vermeinte ſamtlehnung eingedrungen, andere aber eine Geldſumme ihren Allodial-Erben zum Vortheil auf die Lehen zu bringen und dadurch ſolche Lehen-Stück in perpetuirliche Beſchwerde zu ſtecken, und gleichſam erblich zu machen, ſich unterſtanden haben ſollen. Wann uns dann als den* ſucceſſoren *und regierenden Landes-und Lehns-Fürſten nicht wenig præjudicirlich in ſolche und dergleichen Samtbelehnungen zu gehden und zu verwilligen, und dadurch* gleichſam einen neuen, und in den gemeinen beſchriebenen Lehnrechten unbekannten modum conſtituendi feudi *einzuführen, und wie erwehnet, die erſchlichene und eingedrungene vermeinte geſammte Hand und anmaſsliche Folge, in* unſern angeſtammten und zugehörigen Lehnſchaften, *noch auch die darin verſchriebene geld-poſten und Schulden, hinfürters alſo hinſtehen und continuiren zu laſſen; dazu wir ohne das auch aus erheblichen und* rechtmäſsigen Urſachen keinesweges gehalten ſeyn, *ſondern unſere freye Hand in dergleichen fällen billig behalten: Als conſtituiren, ſetzen und ordnen wir, als regierender einiger Land-und Lehen-Fürſt dieſes unſeres Fürſtenthums Braunſchw. Wolfenbüttelſchen Theils hiermit, und wollen, daſs auſserhalb denen ſimultanee inveſtitis, welche a primis adquirentibus deſcendiren, keine andere nebeneingedrungene, ſo bey der vor wenig Jahren nach Gottes Willen extinguirten Fürſtl. Braunſchw. Wolfenbüt-*

 *telſchen*

*telſchen Linie Zeiten, der occaſion wahrgenommen, und zu vermeinter geſammter Hand und Folge ſich in die Lehnbriefe mit hinein rücken laſſen, und den Fall oder caducität derer,* darauf ſie beanwartet, *bey obgemeldeter Br. Wolfenbüttelſchen Linie Zeit nicht erlebet, noch hinfüro weiter nicht in unſere neue ertheilende Lehnbriefe mit hineingeſetzet, ſondern deren Namen gänzlich hinweg gethan und ausgelaſſen — werden und bleiben ſollen — Solches meinen wir ernſtlich, wollen hierüber gehalten haben, und ſeind den gehorſamen in Gnaden zu erkennen geneigt. Urkundlich haben wir dieſes mit eigner Hand unterſchrieben etc. Gegeben in unſerer Stadt Braunſchweig den 16 Monatstag Martii, anno 1637.*

Benignitate tamen Ducum Brunſuicenſium et Luneburgenſium Georgii Ducis filiorum poſtea cautum eſt, vt ſi quoque vnius linea extincta, alterius fratris linea ſuccederet, datae expectatiuae ad expectatiuarii quidem filios, nec tamen vlterius procederent [20]).

## §. VIII.

Redit autem tota haec res atque vis expectantiarum in terris Brunſuico-Luneburgicis eo, num I) expectatiuae perſonis de republica benemeritis ſint conceſſae [21]), II) ſintne ita accumulate ab anteceſſore datae, vt ſucceſſori plane nihil ſuperſit, quo officialibus ſuis benemeritis gratificari poſſit. Cui abuſui tamen, quo nempe ſucceſſori omnis occaſio adimeretur, expectatiuas benemeritis vlterius concedendi, occurrit quodammodo

20) DE PVFENDORFF T. IV. obſeru. iur. vniuerſ. obſ. 221.

21) Benemerita quidem ſunt probanda (STRYCK de benemeritis, Cap. 4. n. 66. 75 et 76.) miniſtri autem, qui per plures annos ſumma cura officio praefuerunt, a tali probatione immunes ſunt, vt recte docuit STRVBEN l. c.

dammodo receſſus de anno 1646. ſaepius laudatus, quo cautum: 1) vt conceſſae expectatiuae, feudo viuo expectatiuario eiusque filiis non aperto, exſpirarent; 2) benemeritus, cui expectatiua generalis conceſſa eſt, feudum primo apertum accipere teneretur, nec ei ius tribueretur, aliud deinceps vacaturum eligendi: *Daſs wenn ein benemeritus unterſchiedliche Expectanzen auf verſchiedene Fälle erlanget, er den erſten Fall, der ſich zuträgt, anzunehmen ſchuldig, und die übrigen Expectanzien alsdenn aufgehoben und caſſirt ſeyn ſollen* [22]). Ex quibus ſequi videtur, ſucceſſorem in dominio directo in terris Brunſuico-Luneburgicis expectatiuas ab anteceſſore datas, propter vtilitatem publicam poſſe tollere, ſi aut indigno, id eſt, tali perſonae, qui plane nullum de republica meritum habet, ſint conceſſae [23]); aut ab anteceſſore nimis frequenter datae ſint, ita vt ſucceſſori omnis facultas bona compenſandi merita ademta ſit [24]).

## §. VIIII.

In colliſione ceterum expectatiuarum in idem feudum pluribus conceſſarum, eaedem fere regulae in terris Brunſuico-Luneburgicis obſeruantur, quas plerumque viri docti [25]) tradere ſolent. Itaque etiam in his terris I) expectatiua qualificata



22) STRVBEN l. c.

23) Quod apparet ex receſſu d. a. 1646. *Adliche auch Bürgerliche und Bauern-Lehne zu keinen Tafeln-Gütern zu machen, ſondern* wohlverdiente Leute *damit zu belohnen.* Adde receſſum Gandersheim. d. a. 1601. art. 41.

24) STRVBEN l. c. p. 273.

25) Perill. BOEHMER in iure feud. §. 179. STRVV l. c. §. 160 ſeqq. KOCH l. c. p. 36 ſeqq. BECMANN de expectatiuis feudalibus earumque colliſione. Goetting. 1753.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310471-p0015-5

ficata praefertur ſimplici, II) inter duas expectatiuas euentuali inueſtitura munitas, prior ſemper potior eſt, etiamſi expectiuatus poſterior conſecutus ſit poſſeſſionem, III) inter duas ſimplices, prior praefertur poſteriori, niſi expectiuarius poſterior ſit in poſſeſſione feudi aperti, IV) ſpecialis praefertur generali vel priori, niſi illa 1) vel callide ſit impetrata, cum mors poſſeſſoris inſtaret, quod iure Saxonico vocatur *zu Vluchtſal leihen,* 2) vel generaliter expectiuatus iam ſemel excluſus ſit, a ſpecialiter expectatiuario.

## §. X.

Expectatiuae vero a Principibus Brunſuicenſibus conceſſae exſpirant, vimque non habent, niſi aut caſus aperturae eueniat viuo expectatiuario eiusque filiis primi gradus, aut extenſio expectatiuae vsque ad nepotes expectatiuarii denuo a principe ſit impetrata, per receſſum Chriſtiani Ludouici et Georgii Wilhelmi Duc. Brunſuic. verbis: *Daſs wan ſich die Eröſnung des Lehnſtücks oder Lehngutes, darauf Iemand expectiret, bey des erſten adquirenten und expectivirten oder deſſen Söhne Leben nicht begiebet, daſs alsdenn ſolche expectanzien weiter nicht gültig ſeyn ſollen, es wäre denn Sache, daſs berührter erſten adquirenten Söhne ſich verdient machten, und einer oder der andere bey den regierenden Landes- und Lehns- Fürſten weitere extenſion auf ſeine Söhne und alſo des primi adquirentis Nepotes erlangte* [26]). Quae diſpoſitio ad omnes expectatiuas tam nudas quam euentuali inueſtitura munitas pertinet [27]), et per reſolutionem quoque Curiae feudalis Hanoueranae d. d. 4. Nou. 1719. ſequentem in modum confirmata eſt: *Es hat der hieſige Vaſall von*

26) IO. DAV. STRVBEN l. c.

27) Perill. BOEHMER l. c. §. 178.

*von Marenholz bey Sr. Königl. Maj. unſerm gnädigſten Herrn unterthänigſt nachgeſuchet, daſs weil ſein Eltervater Moritz von Marenholz in anno 1563 eine general Expectanz auf das erſte Losfallende Ritter-Lehn erhalten, ihm nunmehro die ohnlängſt eröfnete Haſelhorſtiſche Lehen conferirt werden mögten. Nun wäre des von Marenholz Familie wohl zu gönnen geweſen, wenn bey Lebzeiten des expectivirten oder deſſen Söhnen ein Lehen losgefallen wäre, und ſelbige mittelſt deſſen Providirung der ihnen zugedachten Gnade würcklichen Genuſs hätten empfinden können. Alldieweilen aber ſolches nicht geſchehen, und dann mittelſt eines in dem Durchlauchtigen Hauſe Braunſchweig-Luneburg errichteten Receſſus feſtgeſetzet worden, daſs wenn ſich die Eröfnung eines Lehen-Stückes, worauf Jemand expectiviret worden, bey des erſten adquirenten und expectivirten oder deſſen Söhnen Leben nicht begiebet, alsdenn ſolche expectanzen weiter nicht gültig, ſondern erloſchen und aufgehoben ſeyn ſollen: So wird beſagter von Marenholz, bey ſolcher Sachen Beſchaffenheit ſelbſt erkennen, daſs er von der ſeinen Elter-Vater gegebenen Anwartung nunmehro weiter nichts erwarten, und die letzhin heimgefallene Haſelhorſtiſche Lehne nicht praetendiren könne. Hannover den 4. Nov. 1719.*

## §. XI.

Haec fere ſunt, quae de expectatiuis in feudis prouincialibus Brunſuicenſibus commentari placuit. Nunc ad Vos, COMMILITONES HONORATISSIMI, me conuerto, ad Vos inquam, quibus ſacrum eſſe volo quidquid huius proluſionis eſt. Vos, omni qua par eſt obſeruantia, inuito ad praelectiones meas primum in hac alma Iulia Carolina inſtituendas, quibus ſi intereſſe Veſtraque fauore amicitiaque me haud indignum putare volueritis, ſemper Vobis et obſtrictiſſimum

me et deditiſſimum habebitis. Quod ſupereſt, ne pluribus Vos morer, vt Vobis praelectiones meas, per hoc ſemeſtre aeſtiuum habendas, indicam.

I) *Publice* hor. XI - XII die Saturni doctrinam de appellat. ad libr. 49. pandect. explicabo.

II) *Priuatim*

1) hora VIII - IX dieb. Mercurii et Saturni encyclopaediam iuris vniuerſi ad ductum compendii Perill. PÜTTERI, quod inſcriptum eſt: *Neuer Verſuch einer juriſtiſchen Encyclopaedie*, tradam.

2) hor. XI - XII ius feudale ex compendio Perill. BOEHMERI docebo.

3) hor. X - XI ad GE. AD. STRVVII iurisprud. rom. germ. forenſ. commentabor.

Si qui etiam erunt, qui praelectiones in ius feudale Brunſuico - Luneburg. deſiderent, ad ductum *conſpectus iuris feudal. ſigillatim Brunſuico - Luneburgici* nuper a me editi, me quoque paratiſſimum habebunt. Ceterum valete resque Veſtras agite feliciter. Dab. Helmſtadii d. XXIX April. MDCCLXXXVI.

Helmstädt, Diss., 1786-95

f

ULB Halle 3
004 327 586

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310471-p0019-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310471-p0020-3

1786, 3 3

DE

# EXPECTATIVIS FEVDALIBVS

IN

# TERRIS BRVNSVICO-LVNEBVRGICIS.

PROLVSIO ACADEMICA

QVA

LECTIONES PER HOC SEMESTRE AESTIVVM

A SE HABENDAS

INDICIT

D. THEODORVS HAGEMANN

PROF. IVR. IN ACADEMIA HELMSTADIENSI.

HELMSTADII

EX OFFICINA M. G. LEVCKART.

P. 335

KOENFRIED UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310471-p0021-8